

equitum alam , eoque atque aliis bellis
probatissimam euafisse , auctor est Titus
Liviūs. Idem ab adolescentia suprà quam
credi posset , mira quadam arte in ostend-
ationem virtutis ac gloriæ instructus e-
rat, percrebruerat autem fama, seu ex re-
bus gestis , seu ex moribus, seu ex forma
corporis oriens , non humana sed diuina
eum stirpe progenitum , cui quod in tali
re vſu euenit, & fabularum ambages ade-
rant , visum serpentem insuetæ magnitu-
dinis in lecto matris , fibi infantulo, dra-
conem circumfusum , nihil nocuisse : Et
multa huius generis vulgus credulum
motura , hanc de se opinioem tali inge-
nio nutriuit , vt de origine quidem sua
nihil sponte loqueretur , & cum interro-
garetur , an vera essent quæ passim sere-
bantur , nec affirmaret , ne quam exinde
maculam vanitatis incurreret , nec nega-
ret, quod eredi ab omnibus gaudebat: hac
taciturnitate plus assecutus est , quam si
se palam Iouis filium prædicasset Addi-
dit aliud solertiæ genus, per singulos dies
antequam quicquam publici priuatique
negotij ageret , in capitolium ascendens,
Cellam Iouis solus intrabat, ubi aliquan-
diu veluti diuino colloquio frucretur,

L. iij.